4994 diis manibus | T. Flavi Aug. l. | Onesimi | aeditui templi | novi divi Aug.[1], | Fir[*mi*]a Martilla | uxor piissima | et sibi, et | Flavia Crispina l.

Romae ut videtur (VI 8704 semel descripta). — 1) *De templo novo divi Augusti cf. Henzen Arv. p. 55.*

4995 dis manibus | ... Aug. lib. Bathyllus aeditus templi divi Aug. | [*e*]t divae Augustae quod est in Palatium, | inmunis et honoratus.

Romae rep. in sepulcro libertorum et servorum Liviae ad viam Appiam (VI 4222 vidit Henzen).

4996 d. m. | T. Flavio Aug lib. | Liberali aedituo | aed. Martis ultoris, | Claudia Exoche | coniugi | bene merenti et | sibi fecit, | vixit ann. LVII.

Romae (VI 8709 vidit Smetius).

4997 d. m. | Abascanto Aug. lib. | aedituo aedis Neptuni | quae est in circo Flamin.[1], | Flavius Ascanius et | Pallans Caes. n. ser. | adiutor a rationib. | patri piissimo fec.

Romae (VI 8423 vidit Smetius). — 1) *Cf. Plin. h. n. 36, 26.*

4998 *(vir sacrificans ad aram)* diis Manibus | sacrum | Ti. Claudio Acuto | aedituo aedis | Concordiae, qui vixit | annis LXXXXVI sine ulla | offensa, Iulia Classica bene | merito erga se, et sibi libertis | libertabusque posterisque eorum. | Locus sepulchri continet | per cippos dispositos iuger. | quattuor, et nubilare[1] locus habitationis | tutela monimenti.

Romae (VI 2204 vidit Henzen). — 1) *Idem ut videtur quod nubilarium, Varro r. r. 1, 13, 5. Colum. 1, 6 sub fin.*

4999 diís propitís | Claudia Ti. f. Quinta | C. Iulió Hyméto aedituo | Diánae Plancianae, | paedagógo suo καὶ | καθηγητῇ, item | tutori a pupillatú | ob redditam sibi | ab eo fidelissime | tutelam, et C. Iúlio | Epitynchano frátri | eius, et Iúliae Sporidi | mammae suae f., | lib. libertabusq. poste. eor.

Romae (VI 2210 vidit Henzen).

5000 C. Vibius | Polycarpus, | C. Vibius | Dorus. ‖ Halus Ti. Claudi Caesaris aedituus | de aede Iovis porticus Octaviae.

Roma sine dubio Senam Gallicam adlata (VI 8708 vidit Mommsen).

5001 Quintio | Augusti et | Augustae, | aedituus Vestae. ‖ Veneria | Iuliaes Aug. | verna, v. a. XVI, | h. s. e., ‖ fratres.

Romae (VI 5745 vidit Henzen).

5002 Doridi Asinii Galli, | aedituae a Diana, | Antiochus conser. | b. m. f.

Romae, nunc Florentiae (VI 2209 vidit Henzen).

Alios aedituos habes supra N. 3184. 3396. 3717. 4421.

---

archive.org